

OFFICIUM  
DE  
SANCTO  
JOSEPHO  
CALASANCTIO  
A  
MATRE DEI.



COLOCAE TYPIS SCHOLARVM PIARVM.



R 4554



## INUITATORIUM.

VEni piarum Sedula  
Veni cohors Scholarum  
Deoque mente credula  
Fer pensa gratiarum ;  
Qui debiles instantium ;  
Mentes docendo pauit ;  
Tuique Calasanctum  
Amore luscitauit.

\* \* \*

Hic verba legis ponderans ;  
Lex , atque forma morum ,  
Hic se iuente consecrans  
Doctorque parvulorum ;  
Lac , atque normam debitam  
Virtutis explicauit ,

)( 2

Fra.

Factoque pane semitam  
Salutis indicauit.

\* \* \*

Vni sit ergo gloria  
Honorque Trinitati  
Laus, iubilus, victoria  
Trinae sit vnitati.  
Sit & Iosepho claritas  
Ex ore paruulorum  
Et gaudii perennitas  
In praemium laborum.

*Antiph.* Qui misericordiam habet, docet,  
& erudit quasi Pastor gregem.

*Ps.* Docebo vos viam bonam & rectam.  
*Ps.* Timete DEUM, & seruite ei in veritate.

### ORATIO.

DEUS qui per Sanctum Iosephum Confessorem tuum ad erudiendam Spiritu intelligentiae ac pietatis iuuentutem nouum Ecclesiae tuae fusidium prouidere dignatus es, praesta quaesumus, nos eius exemplo, & intercessione ita facere & docere, ut praemia consequamur aeterna, per Dominum nostrum IESUM Christum, &c.

AD

*Calasanthii a Matre Dei.*

**A D M A T U T I N U M.**

- X. Domine labia mea aperies.  
X. Et os meum annuntiabit laudem tuam,  
X. DEUS in adiutorium meum intende.  
X. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri , & Filio, & Spiritu Sancto ,  
sicut erat in principio & nunc & semper , &  
in saecula saeculorum. Amen.

**H Y M N U S.**

S. Iosephi Infantia.

**S**alue Iosephe sanguinis  
Flos Cala'anciani ,  
Donum benigni numinis  
Orbisque Christiani .  
Cum lacte iam cupedinem  
Coelestium bibebas ,  
Et inclytæ dulcedinem  
Virtutis attrahebas .

\* \* \*

Hinc ipse paruuus paruulis  
Preces sacras legebas ,  
Et inferorum rabulis  
Certamen inferebas ,

) ( 3

Fac ,

Fac, ut tuis vestigiis  
Ioseph inhacreamus  
Mandum cum iudiciis  
Diaboli premamus.

Vni sit ergo gloria, &c.

**V.** Ambula coram me, & esto perfectus.  
**R.** Et multiplicabo te vehementer nimis.

### O R A T I O.

**D**EUS qui per Sanctum Iosephum Confessorem, &c. *Vt supra.*

### A D L A U D E S.

**V.** DEUS in adiutorium meum intende.  
**R.** Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

### H Y M N U S.

S. Iosephi Studia, & doctoratus.

**Q**uae lingua verbis efferet  
Tuum DEI timorem?  
Quae vox seuerum proferet  
Vitae piae tenorem?

**Vtro-**

Vt que plenus coeperas  
Arcana litterarum,  
Vix tyro, dux euaseras  
Et arbiter Scholarum.

\* \* \*  
Sanctum iuuentus iactitat  
Petalta coelo natum,  
Castum Valenza dictitat  
Ilerda litterarum.  
Iosephe nobis ingeras  
Verum DEI timorem.  
Et castitatis inferas  
Cum litteris amorem.

Vni sit ergo gloria, &c.

¶. Retribuit mihi DEUS secundum Iustitiam.

¶. Et secundum puritatem manuum m̄cārum in conspectu Angelorum eius.

### O R A T I O.

D E U S qui per Sanctum Iosephum Confessorem, &c. *Vt supra.*

### A D P R I M A M

¶. DEUS in adiutorium meum intende.

**R.** Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri , & Filio , &c.

Status Ecclesiasticus , & exantlati in eo,  
labores.

**V**ix è Palestra moueras  
Ad Sacra destinatus  
Christum sequi deoueras  
Amore concitatus.  
Quo Spiritu mysteria  
Altaris immolabas  
Quam mente Christum seria  
Vbiue praedicabas.

\* \* \*

**A**ragones erroribus  
Iosephe liberasti ,  
Pulsisque prauis moribus  
Virtute subleuasti.  
Iosephe puros criminis  
Serua tuos clientes  
Cultumque summi Numinis  
Pias doceto mentes.

Vni sit ergo gloria , &c.

**V.** Honestauit illum in laboribus.

*Calasancii a Matre Dei.*

¶. Et compleuit labores illius. ¶

O R A T I O.

D E U S qui per Sanctum Iosephum Confessorem tuum, &c. *Vt supra.*

A D T E R T I A M.

¶. DEUS in adiutorium meum intende.

¶. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

H Y M N U S.

Euocatio Romam, & Ordinis Institutio.

V T Abraham de Patria  
Iosephe demigrasti,  
Romam, relinquens atria  
Paterna, conuolasti.  
Ibi videbas pauperes  
Doctoribus carere,  
Multosque rerum diuites  
Scientiis egere.

\* \* \*

Ergo piarum suscipis'  
Negotium Scholarum

) ( 5

Ec

Et paruolorum prospicis  
 Anfractibus viarum.  
 Iosephe, fac, ut singuli  
 Qui litteris vacamus,  
 Intelligentes, seduli,  
 Pnique prodeamus.

Vni sit ergo gloria, &c.

- v.** Dominus ab vtero vocauit me.  
**r.** Iudicium meum cum Domino & opus  
 meum cuim Deo meo.

### O R A T I O.

**D**EUS qui per Sanctum Iosephum Confes-  
 forem tuum, &c. *Vt supra.*

### A D S E X T A M.

- v.** DEUS in adiutorium meum intende.  
**r.** Domine ad adiuuandum me festina.  
 Gloria Patri, & Filio, &c.

### H Y M N U S.

S. Iosephi virtutes Theologicae.

**F**Idem DEO seruaueras  
 Constanſ adusque mortem.

Hac

Hic freatus oppugnaueras ,  
Nouantium cohortem.  
Inter tumultus ordinis  
Spe plenior fuisti ,  
Iuuamini te Numinis  
Tuosque credidisti.

\* \* \*

O quanta summi charitas ,  
Bonique sempiterni !  
Quae gaudij securitas  
Te cepit aeuaterni !  
Iosephe sic , quod credimus  
Quod ore praedicamus  
Quo spe tanaci tendimus  
Ex corde diligamus.

Vni sit ergo gloria , &c.

¶. Iustum deduxit Dominus per vias re-  
ctas.

¶. Et ostendit illi Regnum DEI.

### ORATIO.

DEUS qui per Sanctum Iosephum Con-  
fessorem tuum , &c. *Vt supra.*

### A D N O N A M.

¶. DEUS in adiutorium meum intende.

¶.

**X.** Domine adiuuandum me festina.

Gloria Patri , & Filio , &c.

H Y M N U S.

S. Iosephi Virtutes Cardinales & Vota

**V**T gemma fuluo clarior  
Vestita splendet aere :  
Sic ipsa virtus rarer  
Est visa prominere ,  
Tu norma continentiae ,  
Et tutor aequitatis ,  
Imago tu prudentiae ,  
Et forma sanctitatis.

\* \* \*

Quae vota coram numine  
Iosephe nuncupasti ,  
Fultus supremo lumine

Viuendo comprobasti.

**O** Calasanci ! prouidos  
Iustos , obedientes ,  
Fac esse fortes , feruidos .  
Fac esse continentes.

Vni sit ergo gloria , &c.

**X.** Iste est qui contempsit vitam mundi.

¶. Et peruenit ad coelestia Regna.

O R A T I O.

D E U S qui per Sanctum Iosephum Confessorem tuum , &c. *Vt supra.*

A D V E S P E R A S.

¶. D E U S in adiutorium meum intende..

¶. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri , & Filio , &c.

H Y M N U S.

S. Iosephi Miracula.

P Er te D E U S Miracula  
O quanta perpetrauit ?

In te suae signacula  
Quot gratiae locauit !  
Cor lingua nil putredinis  
A saeculo trahebant  
Vi coelicae dulcedinis  
Illaesa permanebant.

\* \*

Coeci vident : doloribus  
Aegri suis leuantur :  
Mutique plenis oribus  
Laudes tuas profantur.

Iosephe morbis mentium  
Et corporum medere ,  
Et indoles clientium  
A labibus tuere.

Vni sit ergo gloria , &c.

¶. Domine ne elongaueris auxilium tuum  
à me

¶. Domine ad adiuuadum me respice.

### O R A T I O .

**D**EUS qui per Sanctum Iosephum Confes-  
sorem tuum , &c. *Vt supra*

### A D C O M P L E T O R I U M .

¶. Conuerte nos DEUS salutaris noster.

¶. Et auerte iram tuam à nobis.

¶. DEUS in adiutorium meum intende.

¶. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri , & Filio , &c.

### H Y M N U S .

**B**eatitatis omina  
Morti propinquus edis  
IESU Mariae nomina  
Vita vocando cedis.

In coelitum frequentia  
Mundo, DEOque gratus  
Ecclesiae sententia  
Post saeculum, locatus.

\* \* \*

Sic perpetim post funera  
Aequant nitore stellas  
Qui veritatis munera  
Mentes docent tenellas.  
Iosephe fac, nos prospere  
Hanc terminando vitam,  
Regni quietem capere  
Coelestis expetitam.

Vni sit ergo gloria, &c.

*Antiph.* Qui erudiunt multos fulgebunt  
quasi Stellae in perpetuas aeternitates.

*x.* Gloriosa in conspectu Domini  
*z.* Mors Sanctorum ius.

### O R A T I O

**D**EUS qui per Sanctum Iosephum Confes-  
sorem tuum, &c. *Vt supra*

### C O M M E N D A T I O

**Q**UAE sacra panxi cantica  
Tuae dicata laudi  
Benignitate coelica  
Iosephe pronus audi.

16 Offic. S. Ios. Calasancii a Matre Dei.

O Patriarcha lumine  
Dignare nos paterno  
Coelique nectar flumine  
Transmitte de Superno.

\*  
**F**ac me tuis virtutibus  
Fac usquequaque plenum  
**F**ac absque naevis omnibus  
Cor assequar serenum  
**N**on ulla mundi turbidi  
Me subruat procella  
**N**ec Daemonis me callidi  
Vincant dolosa bella.

Vni sit ergo gloria , &c.

¶. Ora pro nobis S. Iosephe Calasancii.

¶. Ut digni efficiamur promissionibus  
Christi.

O R A T I O

D E U S qui Sanctum Patriarcham Iosephum  
Calasancium ad pium ignorantes docen-  
di munus mirabiliter vocare dignatus es :  
praesta quaesumus , vt eius intercessione in  
studio verae iustorum sapientiae proficientes ,  
solum scire ac amare quaeramus Dominum  
nostrum IESUM Christum Filium tuum , qui  
Tecum viuit & regnat in saecula sae-  
culorum , Amen.

# LITANIÆ DE S. IOSEPHO CALASANCTIO.

K Yrie eleison, Christe eleison.

K Kyrie eleison.

Christe, audi nos. Christe, exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.

Spiritus S. Deus miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.

Sancta Maria, Ora pro nobis.

Sancta Dei Genitrix,

Sancta Virgo Virginum,

Sancte Iosephe Calasancti,

Tu lumen a Deo mundo datum,

SSS. Trinitatis cultor maxime,

Scholarum Piarum Institutior dignissime,

Pater Juuentutis studiosæ,

Orphanorum Nutritie,

Iesu, & Mariæ delitiæ,

Prodigium tolerantiae,

Imago abstinentiae,

Norma modestiae,

Idea constantiae,

Refugium pauperum,

Nouum militantis Ecclesiae præsidium

Ora pro nobis.

Sa-

Ora pro nobis.

Sanitas languentium,  
Adiutorium parturientium,  
Portus salutis naufragantium,  
**Conciliator** dissidentium,  
Magister ignorantium,  
Medicina infirmorum,  
Solatium afflictorum,  
Lumen cœcorum,  
Pes claudorum,  
Vita mortuorum,  
Exstirpator vitiorum,  
**Cognitor** cœlestium arcanorum,  
**Fugator** dæmonum,  
Lucerna caritatis ardens, & lucens,  
Exemplar perfectionis,  
**Abyssus** humilitatis,  
**Lilium** castitatis,  
Speculum mortificationis,  
**Dux** in via virtutum, & christianæ  
perfectionis,  
**Fidelis** seftator Jesu Christi,  
**Restaurator** veræ pietatis,  
**Contemptor** mundi, & vanitatum  
eius,  
**Prædicator** diuinæ gloriæ,  
**Angele** vita, & moribus,  
**Patriarcha** affectu, & studio curan-  
dorum parvolorum,  
**Propheta** dono, & spiritu,

Apo-

Apostole dignitate, & merito,  
Doctor paruolorum potentissime,  
Confessor virtute, & vitæ professione,  
Virgo animo, & corpore,  
Patrone te colentium,  
S. Josephe Calasancii,  
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi !

Parce nobis Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi !  
Exaudi nos Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi !  
Miserere nobis.

Christe, audi nos.

Christe, exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison. *Pater noster. &c.*

*Antiphona.*

Similabo eum viro sapienti, qui ædifi-  
cauit domum suam supra petram.

¶. Saluos fac seruos tuos :

R. Deus meus sperantes in te.

¶. Memento congregationis tuae;

R. Quam possediisti ab initio.

¶. Fiat pax in virtute tua :

R. Et abundantia in turribus tuis.

¶. Domine, non avertas faciem tuam  
a nobis :

R.

Ora pronbis.

- R. Et ne repellas in ira seruos tuos.  
V. Ora pro nobis S. Josephe Calasancii,  
R. Ut digni efficiamur promissionibus  
Christi.  
V. Domine, exaudi orationem meam.  
R. Et clamor meus ad te veniat.

*Oremus.*

**D**EUS, qui per Sanctum Iosephum Confessorem tuum ad erudiendam Spiritu intelligentiae, ac pietatis iuuentutem nouum Ecclesiæ tuæ subsidium prouidere dignatus es: præsta quæsumus, nos eius exemplo, & intercessione ita facere, & docere, ut præmia consequamur æterna. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in unitate Spiritus Sancti DEUS, per omnia sæcula sæculorum, Amen,

*Alia.*

**D**EUS, qui S. Calasancii cor veræ caritatis, & pietatis amore succendisti, & linguam peculiari doctrinæ dono decorasti: præsta quæsumus, eum nobis in litteris & pietate profectum, ut praeter temporalia, ad cœlestia etiam adsequenda præmia digni efficiamur. Per Dominum. &c.



# KALAZANTZIUS SZ. JÓSEF- RÚL LITÁNIA.

**U**Ram, irgalmazz nékünk.

Kristus, kegyelmezz nékünk.

Uram, irgalmazz nékünk.

Kristus, halgasz minket.

Kristus, halgasz-meg minket.

Mennybéli Atya Isten, Irgalmazz mi-  
nékünk.

**M**eg-Váltó Fiú Isten, Irgalmazz miné-  
künk.

**S**zent Lélek Úr Isten, Irgalmazz miné-  
künk.

**S**zent Háromság egy Isten, Irgalmazz  
minékünk.

**S**zentséges Szűz Mária, Kőnyörögj é-  
rettünk.

Istennek Szent Annya,

Szűzeknek Szent Szúze,

Kalazantzius Szent Jósef,

Világnak Ištentől adatott fényesség,

Sz. Háromságnak különös imádója,

Ahétatos oskoláknak méltó szerzője,

Tanúló Ifiaknak Attya,

Árváknak nevelője,

Jézus, és Máriának gyönyörűsége,

Békességes türésnek tsudája,

**M**aga meg-tartóztatásnak mértéke,

**Sze-**

Kőnyörögj érettünk.

Szemérmetességnak formája,  
Álhatosságnak példája,  
Szegényeknek, és szükőlkódóknek  
tárháza,  
Vitézkedő Anya-szentegyháznak  
új segedelme,  
Bádjattaknak egéssége,  
Szülő-személlyeknek segítője,  
Hajó-törést szenvedő bűnösöknek  
üdvösséges partya,  
Haragosoknak öszve-békéltetője,  
Tudatlanok Mestere,  
Betegeknek orvossága,  
Szomorúaknak vigasztalója,  
Vakok' világosága,  
Sántáknak lába,  
Meg-holtaknak élete,  
Gonolzságoknak ki-gyomlálója,  
Mennyei titkoknak által-látója,  
Órdögöknek reitenetes üldözöje,  
Isteni, és Felebaráti szeretetnek vi-  
lágosan égő fáklyája,  
Tökéletességnak eleven példája.  
Alázatoságnak képe,  
Szűzességnak fehér lilioma,  
Testi sanyargatásnak tüköre,  
A keresztényi tökéletességnak, és  
a jóságos tselekedeteknek útján  
bátorságos vezér,

Könyörögj érettünk.

Kristus Jézusnak hív követője,  
Az igaz ahétatosságnak meg-újítója,  
A' világnak, és az o hívalkodó győ-  
nyörüségének erős meg-vetője,  
Isten ditsőségének buzgó hirdetője,  
Életeddel, és jó erköltsiddel, elő  
Angyal,  
Kisded gyermekék' nevelésében  
szivvel, és lélekkel szorgalmatos-  
kodó Pátriárka,  
Mennyei ajándékkal biró Próféta,  
Méltósággal, és érdemekkel fény-  
lő Apostol,  
Kisdedeknek hatalmas Tanítója,  
Tökélletes élet viselésnek Konfessora,  
Lelki, s' testi tisztsággal viragzó  
Szúz,  
Téged' tiíztelöknek, és hozzád fo-  
lyamodóknak Párt-fogója,  
Ditsőséges Kalazantzius Jósef,  
Isten Báránnya, ki el-vészed e' világ bű-  
neit! Kegyelmezz mi nékünk.  
Isten Báránnya, ki el-vészed e' világ bű-  
neit! Halgass-meg minket.  
Isten Báránnya, ki el-vészed e' világ bű-  
neit! Irgalmazz mi-nékünk.  
Kristus, halgass minket, Kristus halgass-  
meg minket. Uram irgalmazz né-  
künk. Kristus, kegyelmezz nékünk.

Uram

**Uram, irgalmazz nékünk. Mi Atyánk.  
Antifóna.**

Hasonlítani fogom ótet a' Bólt's ember-hez, ki az házát a' kősziklán építette.  
V. Imádkozzáll érettünk Kalazantzius Sz. Józef.

R. Hogy méltók légyünk a' Kristus i-géretire.

**Imádkozzunk.**

**Úr Isten!** ki a' Kalazantzius Sz. Józef által, a' Te Anya-szentegyházadnak új segedelmet szerezni méltóztattál, hogy az Ifjúság az üdvösséges bóltsésgnek értelmiben, és áhítatosságban neveltessek: engedd, kérünk kegyelmesen, az ő példája, és esedezése által, hogy úgy tselekedjünk, és oktassunk, hogy az örökkel-való jútalmat el-nyerhessük. A' Te Sz. Fiad, a' mi Urunk JÉsus Kristus által, ki Te veled, és a' Sz. Lélek Isten-nel egyetemben él, és uralkodik örök-kón örökkelé, amen.

**Más.**

**Úr Isten!** ki a' Kalazantzius Sz. Józef szívét az igaz szeretetnek, és áhítatosságnak tüzével fel-gyullasztottad, és a nyelvét a' Tudománynak különös ajándékával fel-ékesítetted: add-meg ké-rünk, hogy mi a tanulásban, és áhítatosságban ölyy elő-menetelt tegyünk, hogy az üdő-bélieken kívól, a' mennyei ajándékoknak el-nyeré sekre-is méltók lehessünk. A' Te Sz. Fiad. &c.

